

SPECIES ITALICAE  
ORDINIS DIPTERORUM

(MUSCARIA *Rndn.*)

COLLECTAE ET OBSERVATAE

A

Prof. CAMILLO RONDANI

---

STIRPS XXIII *AGROMYZINAE*

Stirpis charact. praecipui.

Antennae articulis tribus instructae, aliquando duobus tantum manifestis, praeter aristam dorsualem, nudam vel puberulam superne et inferne, non supra tantum ciliatam; rarissimo abortivam.

Epistomium pilosulum vel setulosum.

Proboscis manifesta, crassiuscula, membranosa, non sat elongata; Palpi mediocres, proboscidem neque et basim supra tegentes; Alarum venae longitudinales sex, prima non considerata quae exilissima, vel interrupta, vel cum sequente conjuncta ante, vel saltem prope costalem: venulae transversae saltem tres, basali vel basalibus consideratis: saepius quatuor, quarum duabus discoidalibus.

Calyptra parva, vel subnulla.

Pedes tibiis setula erecta sub-apicali nulla, et tarsis posticis basi non dilatatis, nec incrassatis.

---

Generum distinctio:

- A. Costa alarum contra venam primam longitudinalem profunde secta.

B. Epistomium buccula, seu praelabro non instructum.

C. Alae areola basali anteriore completa: vena sexta seu ultima postica longa et distincta.

Gen. I. MILICHIA *Mgn.*

sp. typ. M. SPECIOSA *Mgn.*

CC. Alae areola basali anteriore incompleta: vena ultima postica subnulla.

Gen. II. LOBIOPTERA *Wlbrg.*

sp. typ. MILICHIA PALPOSA *Zett.*

BB. Epistomium buccula distincta praeditum.

Gen. III. CANACE *Halid.*

sp. typ. C. NASICA *Halid.*

AA. Costa alarum non profunde secta.

D. Femora postica incrassata.

Gen. IV. ODINIA *Desv.*

sp. typ. O. TRINOTATA *Desv.*

DD. Femora postica non incrassata.

E. Frons sat porrecta: antennae in cavo sub-frontali insertae.

Gen. V. SELACHOPS *Wlbrg.*

sp. typ. S. FLAVICINCTUS *Wlbrg.*

EE. Frons non sat porrecta: antennae in cavo sub-frontali non locatae.

F. Femora antica distincte crassiora.

Gen. VI. THERINA *Mgn.*

sp. typ. T. FEMORALIS *Mgn.*

FF. Femora antica non distincte crassiora.

G. Vena costalis contra apicem tertiae longitudinalis sistens, non usque ad apicem quartae producta.

H. Antennae amplissimae, arista non observanda: alae areola basali anteriore incompleta.

Gen. VII. CRYPTOCHETUM *n.*

sp. typ. C. GRANDICORNE *n.*

HH. Antennae latitudine ordinaria, arista manifesta; alae areolis duabus basalibus completis.

Gen. VIII. DOMOMYZA *Rndn.* 1856.

sp. typ. AGROMYZA NIGRIPES *Mgn.*

GG. Vena costalis usque ad apicem venae longitudinalis quartae producta.

I. Venula transversa exterior magis proxima intermediae quam margini posteriori alarum.

Gen. IX. AGROMYZA *Fall.*

sp. typ. A. REPTANS *Fall.*

II. Venula transversa exterior magis proxima margini postico alarum quam venulae intermediae.

Gen. X. ANTHOPHILINA *Zett.*

sp. typ. A. GRACILIS *Zett.*

---

Gen. I. MILICHIA *Mgn. Macq. Rndn.*

Lobioptera *Wlbrg.* (prtm) *Schin. Lw.*

Argyrites *Latr.* 1829 (\*).

Alae margine antico profunde secto: areolis duabus basalibus completis: vena sexta, seu ultima postica longa et distincta.

Oculi villosuli. — Epistomium buccula indistincta, marginibus oris setulosis — Abdomen depressum — Femora postica non dilatata etc.

---

spec. *Italicae.*

A. Oculi breviter pilosi — alae fuscedine costali ab apice venae longitudinalis primae parum distante.

sp. 1. M. SPECIOSA *Mgn.*

AA. Oculi longe pilosi — Alae fuscedine antica sat distante ab apice venae longitudinalis primae.

sp. 2. M. DECORA *Lw.*

---

(\*) *Argyritis Hbn.* Lepidopt. 1816.

- sp. 1. *M. speciosa* Mgn. Macq. Rndn. Lw. — *Longit.* Mill. 4-5.  
 Nigricans, thorace canescente; alae margine anteriori fusco.  
 Abdomen maris superne niveum, faeminae nigricans, basi  
 maculis duabus albicantibus etc.  
 In floribus Peoniae non frequenter legitur in Etruria et  
 Emilia, raro in collibus, sub-apenninis a me inventa.
- sp. 2. *M. decora* Lw.

A me non observata: In Corsica lecta teste Loëwio; sed si  
 ut cl. auct. dicit a *M. speciosa*, cui in omnibus similis, differt  
 tantum pilis oculorum longioribus, et majore distantia  
 a venae primae longitudinalis alarum, fuscedinis costalis,  
 magis quam sp. distincta, varietas localis consideranda.

Gen. II. LOBIOPTERA *Wlbrg.* (pitm) non *Lw.* nec *Schin.*  
*Milichia* Zett.

Ut in *Milichia* epistomii buccula nulla et latera setulosa,  
 margo anticus alarum profunde sectus, femora postica non  
 dilatata ec.; sed statim distinguendum, areola basali an-  
 tica alarum non completa, et vena ultima postica subnulla.

sp. *Italica* unica.

L. S. *palposa* Zett. *Schin.* e Long. Mill. 2. 3.

Nigra, epistomio cinerei nitente: Palpi magni exserti. Alae  
 sublimpidae, venula transversa intermedia contra apicem  
 sita primae longitudinalis.

Sat rara in collibus sub-apenninis Emiliae et Etruriae.

Gen. III. CANACE *Halid.* *Schin.* *Lw.* (\*)

Oculi subnudi. Epistomium buccula porrecta praeditum: genis  
 setis aliquibus longis instructis: arista puberula. Femora  
 postica non dilatata.

(\*) In stirpe *Ephydrinorum* ab auctor. nonnullis locatum, cujus notas aliquas et  
 habitum praebet, sed aliis characteribus melius *Agromyzinis* adscribendum, et praecipue  
 areolis basalibus alarum duabus distinctis et completis; vena prima longitudinali du-  
 plici fere usque in apice, et etiam incisione profunda marginis anterioris, quae affini-  
 tatem demonstrat istius cum generibus *Milichia* et *Lobioptera* ec.



Alae margine anteriore profunde secto; areolis duabus basalibus completis, et vena ultima postica longa et distincta: vena prima duabus subcontiguis et in costali tantum conjunctis instructa etc.

sp. *Unica observata*.

I. C. *nasica* Halid. Schn. Lw. — Long. Mill. 2.

Fusca, subcinerascens, fronte et thorace ferruginei nitentibus, facie albicante, tarsis basi ferrugineis etc.

Europ. borealis, nondum in Italia inventa.

---

Gen. IV. ODINIA *Desv.*

*Alticomerus Rndn.*

*Milichia Mgn. Schin.*

Epistomium buccula non distincta, setulosum, sed genis setas validas non praebentibus.

Alae margine antico non profunde secto: areolis duabus basalibus completis, et vena ultima postica distincta et elongata.

Femora postica manifeste latiora etc.

---

sp. *Italica unica*.

J. O. *trinotata Desv.*

*trinotatus Rndn.*

*maculata? Schin. (non Mgn.)*

« Tota nigricans, facie sub-albida, ultimo antennae articulo brunneo-fulvescente. — Alae limpidae, tribus liturellis nigris serie obliqua » *R. Desv.* cui adde.

Corpus cinerei aspersum; thoracis dorso (in illaesis) lineis tribus brunneis; abdomen superne maculis obscuris in tribus segmentis, plus minusve observandis. Geniculi summi rufescentes: antennae articulo ultimo superne nigricante, inferne fulvo.

Rarissima in apennino parmensi.

(Nota) A. M. *maculata* Meig. difert, pedibus nigris vix geniculis summis rufescentibus, non rufis nigro annullatis: anten-

nis nigris, articulo tantum ultimo inferne fulvo, non rufis articulo ultimo nigro-punctato etc.

Nemo loquitur de femoribus posticis in specimine nostro distincte crassioribus: an sp. distincta? An genus meum *Alticomerus* adoptandum?

---

Gen. V. SELACHOPS *Wlbrg. Zett. Schin.*

*Eucoelocera Lw.*

Frons porrecta, antennae in cavo immersae sub productionem frontalem; arista nuda sub-apicali — Oculi nudi.

Alae margine antico non profunde secto; areolis duabus basalibus completis: venula transversa exterior sat retracta versus basim, et contra apicem sita primae longitudinalis; ista duplex usque ad apicem, ramo anteriore exilissimo — Femora postica non incrassata etc.

sp. *observata*.

I. *S. flavicinctus Wlbrg. Zett. Schin.* Long. Mill. 3—3½.

Niger puberulus, scutellum postice et halteres pallide flava. Abdomen segmentis postice linea exili sub-albida cinctis.

Alae sordide hyalinae, basi et margine antico paulo infuscatis.

Europae-borealis: nondum in Italia capta.

---

Gen. VI. THERINA *Mgn. Macq. Rndn. Schn.*

Frons non porrecta; antennae non retractae in cavo subfrontali: Os setulosum — Arista dorsualis, nuda.

Alae costa non secta; areolis basalibus duabus completis; vena transversa exteriore sat extra apicem sita primae longitudinalis, et margini posteriori proxima.

Femora antica distincte incrassata, postica simplicia etc.

sp. *unica*.

S. *T. femoralis Mgn. Macq. etc.*

Caput fulvescens, vertice nigricante — Antennae nigrae.

Thorax griseus, dorso vittis quatuor fuscis — Abdomen

nigrum — Pedes ferruginei, femoribus anticis nigris —  
Alae limpidae.

Nondum in Italia capta.

Gen. VII. CRYPTOCHOETUM *n.*

Antennae articulo ultimo latissimo  
et ad epistomium elongato, prae-  
sertim maris maximo, subqua-  
drato, arista in utroque sexu  
abortiva, indistincta — Oculi nu-  
di — Frons puberula, non setosa.

Alae margine antico non secto; vena  
costali ad apicem tantum tertiae  
longitudinalis, non ad quartam  
producta: areola basali antica  
incompleta: vena ultima postica  
exilis sed distincta. Femora omnia  
non incrassata.



sp. detecta.

S. *C. grandicorne n.* Long. mil.  $1\frac{1}{2} - \frac{3}{4}$ .

Corpus nigro-sub-aenescens, abdomine paulo caerulescente.

Antennae nigrae, articulis duobus primis brevissimisi

Pedes nigricantes, tarsis omnibus pallide luteis.

Alae sub limpidae, paulo albicantes, venis longitudinalibus  
omnibus, sed praecipue tertia et quarta extrinsecus di-  
vergentibus: venula transversa intermedia paulo ante, et  
transversa exteriori modice extra apicem venae longitu-  
dinalis primae sitis: ultima postica sat prope marginem  
anguli interioris decurrente.

Raro in floribus Evonimi europei, in collibus subapenninis  
ditionis parmensis eum legi.

Gen. VIII. DOMOMYZA *Rudn.*

*Agromyza* (prtm.) *Fall. Mgn. Zett. etc.*

Notae genericae circiter ut in *Agromyza auctorum*, excepta

brevitate venae costalis, quae in *Domomyza* contra apicem tertiae longitudinalis sistit, non ad apicem quartae producta.

Vide char. *Agromyzae*.

sp. *Italicae*.

A. Frons saltem antice lutea vel rufa.

B. Vena transversa intermedia magis proxima basalibus quam exteriori.

sp. 1. *frontella* n.

BB. Vena transversa intermedia magis proxima exteriori quam basalibus.

C. Tarsi nigricantes: geniculi non manifeste, vel angustissime lutescentes.

sp. 2. *obscuritarsis* n.

CC. Tarsi manifeste rufescentes; geniculi late pallidi.

D. Venae quartae segmentum penultimum neque duplo brevius praecedente.

sp. 3. *luteitarsis* n.

DD. Venae quartae segmentum penultimum triplo fere brevius praecedente.

sp. 4. *articulata* n.

AA. Frons nigra, vel raro nigricante rufescens.

E; Vena transversa intermedia circiter aequidistans ab exteriori et a basalibus, aut saltem ab istis non duplo distans.

F. Antennae basi rufescentes.

Abdomen segmentis postice taenia albicante marginatis.

sp. 5. *cineta* Rndn.

FF. Antennae etiam basi nigrae.

Abdominis segmenta non manifeste pallide marginata.

G. Venae longitudinalis quintae segmentum ultimum sat brevius praecedente.

sp. 6. *nigripes* Mgn.

GG. Venae quintae segmentum ultimum magis vel minus longius praecedente.

sp. 7. *anthracipes* n.

EE. Venula transversa intermedia saltem duplo distans a basalibus quam ab exteriori.

H. Venae longitudinales quarta et quinta non abbreviatae sed marginem alae attingentes.

I. Pedes omnes etiam antici toti nigri.  
Frons, thorax, et abdomen distincte setigera.

sp. 8. *nigrella* n.

II. Pedes antici ad basim tibiarum distincte flavescentes.  
Corpus superne, vix parce et brevissime setulosum.

sp. 9. *parva* n.

HH. Venae longitudinales quarta et quinta abbreviatae, et marginem alarum non attingentes.

sp. 10. *brevinervis* n.

---

Observat : et diagnoses.

sp. 1. *D. frontella* n. Longit. mill.  $1\frac{1}{2}$ — $1\frac{3}{4}$ .

Corpus nigro-nitens, frons ad apicem rufa; facies nigricans.  
Pedes nigricantes, geniculis et basi tarsorum praesertim anticorum luteo-flavidis, tibiis anticis aliquando dilute fuscis vel pallescentibus. Alae sublimpidae, venula transversa intermedia magis proxima basalibus quam exteriori, et contra apicem sita primae longitudinalis — Halteres albi ut in congeneribus.

In agro parmensi non rara, flores varios frequentans.

sp. 2. *D. obscuritarsis* n. Long. mill. 2.

Corpus nigrum sub-opacum, thorace paulo griseo, facie obscura, fronte extrinsecus flavescente: antennae totae nigrae.

Pedes omnes cum tarsis etiam basi nigricantibus vel fuscopiceis, geniculis angustissime lutescentibus. — Halteres albi.  
Alae sublimpidae, venula transversa intermedia distincte magis proxima exteriori quam basalibus, et paulo extra apicem sita primae longitudinalis.

Non frequens in agro parmensi.

sp. 3. *D. luteitarsis* n. Long. mill. 2.

Corpus nigrum, fronte late et facie flavidis.

Antennae nigrae, basi anguste rufescente — Halteres albi.

Alae sublimpidae, venula transversa intermedia extra apicem sita primae longitudinalis, et duplo circiter distans a basalibus quam ab exteriori, secunda longitudinalis oriens a tertia perfecte contra transversam basalem anteriorem.

Non rara in agro parmensi.

sp. 4. *D. articulata* n. Long. mill.  $2\frac{1}{3}$ .

Similis fere in omnibus praecedenti *luteitarsis*, sed distincta, non solum magnitudine manifeste majore, sed praecipue distantia venulae transversae intermediae alarum a basalibus, saltem tripla distantiae ab exteriori, non dupla tantum, et vena secunda longitudinali a tertia oriente manifeste extra transversam anticam basalem, non contra.

Rara in collibus agri parmensis.

sp. 5. *D. cincta* Rndn. Long. mill.  $2\frac{1}{2}$  — 3.

Nigricans, opaca, paulo grisescens: antennae basi rufescente: facie obscura ut frons tota.

Abdomen segmentis postice pallide marginatis.

Pedes fusci, vel obscure picei, coxis paulo lutescentibus, et tibiis tarsisque aliquando pallide fuscis — Halteres subalbidi.

Alae sublimpidae, venula transversa intermedia paulo magis proxima exteriori quam basalibus, et extra apicem sita primae longitudinalis: tertia et quarta a transversa exteriori ad apicem parallelis.

Non rara in Emilia et Etruria.

sp. 6. *D. nigripes* Mgn. Macq. Zett. Schin. Long. mill.  $2 - 2\frac{1}{2}$ .  
*ambigua* Fall. et *reptans* v. Fall. (teste Zett.)

Corpus nigro-nitidum, capite toto cum antennis, pedibusque nigricantibus — Halteres albidi.

Alae limpidae, venula transversa intermedia contra apicem sita primae longitudinalis, et fere aequedistans a venulis basalibus et ab exteriori: costali contra apicem primae

longitudinalis incrassata, crassitie pallidiuscula: quintae segmentum ultimum manifeste brevius praecedente; tertia et quarta extrinsecus sat divergentibus: ultima postica exili sed distincta usque ad marginem posticum.

Frequens in Italia superiori.

sp. 7. *D. anthracipes* n. Long. mill. 2.

Tota nigra ut sp. praecedens, sed minor et angustior, et praecipue distincta, venae longitudinalis quintae segmento ultimo plus minusve longiore penultimo, et sexta seu ultima postica, ad apicem obsoleta; tertia et quarta extrinsecus vix divergentibus etc.

Non frequens in agro parmensi.

sp. 8. *D. nigrella* n. Long. mill. 2.

Iterum similis *nigripedi*, et etiam *anthracipedi*, sed facile distinguenda, praesertim venula transversa intermedia duplo distante a basalibus, quam ab exteriore: quintae longitudinalis segmento ultimo sub-aequale praecedente; tertia et quarta extrinsecus distincte divergentibus etc.

Rara in agro parmensi.

sp. 9. *D. parva* n. Long. mill. 1 — 1  $\frac{1}{2}$ .

Atra nitens, similis tribus praecedentibus, sed distincta ab una vel alia vel omnibus, geniculis flavicantibus, et pedum anticorum tibiis in latere exteriore plus minus lutescentibus, et prae caeteris alarum basi et margine anteriore fuscis: statura quoque omnibus minor.

Venula transversa exterior vix magis proxima iutermediae, quam ista basalibus etc.

Rara in Emilia.

sp. 10. *D. brevinervis* n. Longit. mill. 1  $\frac{1}{4}$ .

Nigra sub-opaca, statura praecedentis, sed tibiis etiam anticis totis nigricantibus etc. sed ab hac et ab aliis statim dignoscenda, venis tertia et quarta abbreviatis seu margini alarum non productis.

Rara in agro parmensi.

---



Gen. IX. AGROMYZA *Fall. Mgn. Macq. Zett. etc.*

Os pilosulum vel setulosum — Frons non porrecta — Antennae in fronte liberae. Alae margine antico non secto: vena prima longitudinalis basi duplex, ante costalem in apice simplex: costalis ultra apicem alae usque ad apicem quartae longitudinalis producta: transversa exterior magis proxima intermediae quam margini postico alarum: areolae duae basales completae.

Pedes omnes simplices.

Species observatae.

- A. Halteres nigricantes vel fuscii.
- B. Palpi non distincte producti nec incurvi.
- C. Venula transversa intermedia circiter aequidistans ab exteriori et a basalibus.

sp. 1. *aeneiventris* Fall.

CC. Venula transversa intermedia manifeste magis proxima exteriori quam basalibus.

- D. Vena costalis crassitie stigmatica nigra, non pallida.
- E. Abdomen subcaerulescente nigricans.

sp. 2. *cirsi* n.

EE. Abdomen atrum nitidum, non subcaerulescens.

sp. 3. *pulicaria* Mgn.

DD. Vena costalis crassitie stigmatica pallida.

- F. Venae quintae longitudinalis segmentum ultimum, distincte brevius praecedente.

sp. 4. *pinguis* Fall.

FF. Venae quintae segmentum ultimum plus minusve longius praecedente.

sp. 5. *maura* Mgn.

BB. Palpi distincte producti et paulo incurvi.

sp. 6. *curvipalpis* Zett.

AA. Halteres albicantes, vel pallide lutei.

- G. Frons tota nigricans vel fusca.



H. Venae quintae segmentum ultimum manifeste longius praecedente.

I. Venula transversa intermedia sat magis distans ab exteriori quam a basalibus.

sp. 7. *luctuosa* Mgn.

II. Venula transversa intermedia nisi magis proxima exteriori, aequidistans ab hac et a basalibus.

K. Venae quintae segmentum ultimum triplo saltem longius praecedente.

sp. 8. *gyrans* Mgn.

KK. Venae quintae segmentum ultimum vix, aut non duplo longius praecedente.

sp. 9. *incisa* Mgn.

HH. Venae quintae segmentum ultimum brevius praecedente.

L. Venula transversa intermedia aequidistans a basalibus et ab exteriori, nisi istae magis proxima, et contra non ante apicem sita primae longitudinalis.

sp. 10. *mobilis* Mgn.

LL. Venulae transversa intermedia magis proxima basalibus quam exteriori, et paulo ante apicem sita primae longitudinalis.

sp. 11. *reptans* Fall.

GG. Frons saltem partim flavescens vel rufescens.

M. Venae quintae longitudinalis segmentum ultimum manifeste sat brevius praecedente.

N. Corpus nigricante grisescens.

sp. 12. *abiens* Zett.

NN. Corpus rufo-flavescens.

sp. 13. *lateritia* n.

MM. Venae quintae segmentum ultimum, sub-aequale nisi distincte longius praecedente.

O. Corpus rufo-lutescens.

sp. 14. *fulvella* n.

OO. Corpus, nisi totum, late nigricans.

P. Scutellum totum nigrum.

Q. Abdomen postice rufescens.

sp. 15. *analís* n.

QQ. Abdomen totum nigricans.

R. Frons superne apophisi, seu corniculo instructa.

sp. 16. *fronticornis* n.

RR. Frons corniculo nullo.

sp. 17. *leucocephala* Mgn.\*

PP. Scutellum saltem in medio pallide lutescens vel albicans.

S. Antennae saltem articulo ultimo nigro.

sp. 18. *cicerina* Rndn.

SS. Antennae etiam articulo ultimo toto aut latissime rufo vel luteo.

T. Pedes fere toti nigri vel nigricantes.

U. Abdomen lateribus non rufo-tinctis.

sp. 19. *orbona* Mgn.

UU. Abdomen lateribus saltem basalibus rufo-maculatis.

sp. 20. *puella* Mgn.

TT. Pedes toti, vel maxima parte flavidi.

V. Pedes flavidi, femoribus in medio nigricantibus.

sp. 21. *lacertella* n.

VV. Pedes toti flavescentes.

sp. 22. *pusio* Mgn.

*Observ. et Diagn.*

sp. 1. *A. aeneiventris* Fall. Rndn. Zett. (exclus. sinon. Mgn.) Schin.  
*aenea* Mgn. Macq. Long. mill. 2 — 2½.

Corpus nigro-nitens, abdomine sub-aeneo; capite, antennis et pedibus nigris, istis aliquando paulo piceis: Halteres nigricantes.

Alae limpidae, vena costali incrassata contra apicem primae longitudinalis, ista costalem attingente contra transversam

intermediam, ista fere aequidistante ab exteriori et a basalibus: tertia et quarta longitudinalibus extrinsecus sat divergentibus: sexta seu ultima postica integra et distincta.

Non frequens in montuosis alpinis et apenninis.

Larva in caule Cardui nutantis vivit, a me observata.

sp. 2. *A. cirsii* m.

*pulicaria* Zett. Schin. (non Mgn.) Long. mill. 2.

Similis *aeneiventri* Fall. a qua vero sat distincta, praesertim distantia venulae transversae intermediae a basalibus circiter dupla distantia ab exteriori, et paulo extra apicem primae longitudinalis; et etiam abdomine paulo caeruleo non aenescente; qua nota etiam distincta a *pulicaria* Meigenii, et ab *M. atrum*, a qua difert etiam fronte triangulo nitido verticali, non *M. laevi* notata, praeterea vena costalis incrassata, etiam contra apicem primae longitudinalis nigra: quintae segmentum ultimum distincte brevius praecedente etc.

Larva in caule Cirsii arvensis detecta: Pupa sub-albida, elongato-elliptica, non laevigata, incisuris segmentorum parum distinctis, uno apici bituberculata tuberculis distantibus, brevissimis: apici opposito aculeis duobus parvis approximatis, illis et istis nigricantibus.

Non frequens in collibus agri parmensis.

sp. 3. *A. pulicaria* Mgn. (non Zett. nec Schin.) Long. mill.  $1\frac{1}{2}$ .

Similis fere in omnibus praecedenti *A. cirsii*, sed circiter duplo minor, et statim distinguenda abdomine atro nitido, non caerulescente.

Non rara in Emilia.

sp. 4. *A. pinguis* Fall. Zett. Schin.

*pulicaria* Macq. (non Mgn.) Long. mill.  $1\frac{1}{2}$  —  $1\frac{3}{4}$ .

Similis *pulicariae* Mgn. sed. major, et distincta praesertim crassitie costali et venis longitudinalibus partim pallidis.

Frequens in agro parmensi et in Etruria.

sp. 5. *A. Maura* Mgn. Zett. Schin. Long. mill.  $1\frac{1}{2}$ .

Similis *pingui* Fall. etiam crassitie costali pallida, sed prae-

cipue distinguenda, venae quintae longitudinalis segmento ultimo aequae longo, non distincte breviorae penultimo.

Rara in agro parmensi.

sp. 6. *A. curvipalpis* Zett. Schin. Long. mill. 1.

Similis praecedentibus sed omnibus sat minor, et distinctissima, saltem palpis manifeste productis et paulo incurvis.

Abdomen laeviter sub coerulescens. Alae vena costali tota nigra: venula transversa intermedia fere triplo distante a basalibus quam ab exteriori etc.

Rara in collibus agri parmensi.

sp. 7. *A. luctuosa* Mgn. Mcqr. Zett. Long. Mill. 1 —  $1\frac{1}{4}$ .

Nigra nitida, halteribus albicantibus, geniculis et macula parva subalari pallidis, nec non suturis segmentorum abdominis angustissime albidis.

Alae venula transversa intermedia magis distans ab exteriori quam a basalibus, et paulo ante apicem sita primae longitudinalis: quintae segmentum ultimum longius penultimo.

Abdomen ad basim, lateribus aliquando lutescentibus.

Non infrequens in agro parmensi.

sp. 8. *A. gyrans* Fall. Mgn. Mcqr. Zett. etc. Long. mill.  $1\frac{1}{8}$ .

Nigricans sub-opaca, puncto sub-alari et halteribus albidis.

Pedes nigricantes, vel fusci.

Alae costa non manifeste incrassata: venula transversa intermedia circiter aequidistans a basalibus et ab exteriori, et sat ante apicem sita primae longitudinalis: transversa exterior sic retracta versus basim ut circiter contra apicem primae longitudinalis posita sit: quintae longitudinalis segmentum ultimum saltem triplo longius praecedente: tertia et quarta extrinsecus sub parallelae.

Rara in agro parmensis. Long. mill.

sp. 9. *A. incisa* Mgn. Long. mill.  $1\frac{1}{2}$ .

Nigra sub-nitida, incisuris abdominis angustissime et halteribus albidis — Pedes femoribus nigricantibus, apice et tibiis pallide testaceis.

Alae vena costali paulo crassa; tertia et quarta longitudi-

nalibus extra sub-parallelis: quintae segmentum ultimum vix aut non duplo longius praecedente: venula transversa intermedia sub-aeque distans a basalibus et exteriore, ista parum extra apicem sita primae longitudinalis.

Rara in montuosis Emiliae.

- sp. 10. *A. mobilis* Mgn. Macq. Schin Bè. Long. mill. ....?

Nigra nitens, abdomine nitidissimo; halteres albi: pedes nigricantes, tarsis pallidis aut saltem manifeste dilutioribus.

Alae sub-limpidae, venis fere decoloribus, costali crassiuscula et contra apicem primae pallida: venula transversa intermedia contra apicem sita primae longitudinalis, et fere aequidistans ab exteriore et a basalibus, nisi primae magis proxima: venae quintae longitudinalis segmentum ultimum sat brevius praecedente.

Non infrequens in Italia superiore.

- sp. 11. *A. reptans* Fall. Mgn. Macq. Zett. Schin. Long. mill.  $2 - 2\frac{1}{4}$ .

Nigricans, halteribus albidis, tibiis tarsisque testaceo-luteis, femoribus fusco-nigricantibus.

Alae circiter ut in praecedente *A. mobili*, sed diversae venula transversa intermedia manifeste magis proxima basalibus quam exteriori.

Frequenter legitur in Italia boreali et media.

- sp. 12. *A. abiens* Zett.

*reptans* (prtm.) Fall. Long. mill.  $2\frac{1}{2}$ .

Nigricans, fronte fulvescente, antennis saltem basi rufis.

Pedes luteo-pallidi, femoribus obscure fuscis. Halteres albid.

Alae sublimpidae, venis pallidis: tertia et quarta longitudinalibus extrinsecus paulo divergentibus; quintae segmento ultimo sat brevior praecedente: venula transversa intermedia vix magis proxima basalibus quam exteriori, et fere contra apicem sita primae longitudinalis.

Non rara in Emilia.

- sp. 13. *A. lateritia* n. Long. mill.  $2\frac{1}{4}$ .

Corpus totum cum antennis et pedibus luteo-testaceum; pedibus paulo dilutioribus — Halteres capitulo albicante.

Similis *flavae* Meig. sed distincta, praesertim macula lata antica frontis fusco-ferruginea distinctissima; epistomio hirtulo sed setis distinctioribus mistacinis destituto: tarsis totis etiam apici lutescentibus, non unguibus nigris: venis longitudinalibus tertia et quarta extrinsecus manifeste divergentibus, non exacte parallelis; praeterea, statura major. Alae basi paulo flavescente; venis ut in abiente, sed venula transversa exteriori fere aequidistante ab intermedia et a margine postico alarum.

Rara in montuosis alpinis.

sp. 14. *A. fulvella* n. Long. mill.  $1\frac{1}{2}$ .

Corpus flavescens, metathorace, puncto ocellari, et abdominis apice nigris; tarsis et tibiis praesertim posticis paulo fuscis: halteribus sub-albidis: thoracis dorso obscure bivittato punctisque aliquibus lateralibus fuscis.

Alae sub-limpidae basi dilute flavescente: venula transversa intermedia fere contra apicem sita primae longitudinalis, et sub aequae distans a basalibus et exteriori, ista parum extra apicem primae longitudinalis posita: quintae segmentum ultimum bilongius et ultra penultimo.

Similis habitu et colore *A. luteae* Mgn., sed distincta, abdominis apice nigro; tibiis ut tarsis praesertim posticis fuscis, et praecipue venis alarum ut in fig. 35 Meigenii, non ut fig. 33.

Nondum in Italia capta: exemplar meum germanicum, olim a cl. De Roser missum, nomine *lutea* Mgn.; distinctum.

Sp. 15. *A. analis* n. Long. mill.  $1\frac{1}{4}$ .

Nigricans, capite, antennis, pedibus, pleuris, et addominis segmentis ultimis flavescens, isto tamen apice nigro.

Alarum venula transversa intermedia sub aequae distans ab exteriori et a basalibus, et fere contra apicem sita primae longitudinalis; quintae segmentum ultimum sat longius praecedente. Halteres sub-albidi.

Una vice tantum lecta in colle agri parmensis.



Sp. 16. *A. fronticornis* n. Long. mill.  $1\frac{3}{4}$ .

Nigra subnitida, capite, antennarum basi, geniculis halteribusque pallide flavis — Frons puncto ocellari et corniculo sub-intermedio nigris.

Alae vena costali crassiuscula; venula transversa intermedia vix magis proxima exteriori quam basalibus, et contra apicem sita primae longitudinalis: quintae segmentum ultimum subaequale praecedenti.

Non infrequens in agro parmensis.

Sp. 17. *A. leucocephala* Mgn. Long. mill.  $1-1\frac{1}{4}$ .

Similis fere in omnibus *A. fronticorni*, sed minor, antennis nigris etiam basi, corniculo frontali nullo, capite albidore etc.

Rara in agro parmensi.

Sp. 18. *A. cicerina* Rndn. Long. mill. 1. — (Gen. *Phytomyza* olim).

Nigra, capite flavescente; antennae nigrae, basi anguste flavida aliquando parum distincte: puncto ocellari nigro.

Thoracis latera tota vel latissime pallide flavescencia, punctis aliquibus nigris. Scutellum in medio pallide flavum vel albidum.

Abdomen nigrum, segmentis postice albidis marginatis, apicali late, praecedentibus exilissime.

Pedes nigricantes, femoribus non raro pallide glaucis vel fuscoglaucis — Halteres albicantes.

Alae limpidae, venulis transversis prope basim alarum retractis, exteriore fere contra apicem sita primae longitudinalis: quintae segmentum ultimum saltem triplo longius praecedente.

Larva minatrix foliorum Ciceri arietini cui saepe valde nocens. . . . Frequens sed difficile capienda, in agro parmensi eam inveni.

Sp. 19. *A. orbona* Mgn., Macq., Zett. Long. mill.  $1\frac{1}{2}$ .

Nigra nitida, capite, antennis, vitta laterali thoracis, et genubus flavidis — Scutellum in medio late, et halteribus

albidis. Frons puncto ocellari nigro. — Antennae superne anguste nigro-marginatae.

Alae limpidae, venula transversa exteriore fere sic distans ab intermedia ut ista a basalibus; longitudinalis prima costali conjuncta ultra transversam intermediam et ante exteriorem; quintae segmentum ultimum bilongius aut saltem non trilongius praecedente.

Abdomen nigro nitens, segmento ultimo saltem in foemina postice albo-cincto.

Non raro in Emilia.

Sp. 20. *A. puella* Mgn. Long. mill.  $1\frac{1}{4}$ .

Similis *A. orbona* Mgn., capite, antennis, lateribus thoracis et genibus flavidis; scutello quoque in medio et halteribus subalbidis; sed distincta, ventre et lateribus abdominis flavicantibus, et segmentis omnibus abdominis linea postica exili marginali subalbida cinctis; et tarsis omnibus fusco-lutescentibus non nigris.

Alarum venae circiter ut in *orbona*, sed transversa intermedia propius exteriori, et minus ante apicem sita primae longitudinalis,

Puncto ocellari, et limbo supero antennarum nigricantibus, similis *orbonae*.

Rara in agro parmensi.

Sp. 21. *A. lacertella*. n. Long. mill.  $1\frac{1}{4}$ .

Similis duabus praecedentibus, sed statim distinguenda pedibus late flavidis et femoribus tantum in medio nigricantibus, nec non articulo ultimo antennarum pallide rufescente, non superne nigro-marginato.

Ab *orbona* quoque difert abdominis lateribus saltem ad basim rufo-maculatis.

Alae ut in *puella*, sed abdominis lateribus saltem ad basim rufo-maculatis.

Sp. 22. *A. pusio* Mgn. Long. mill.  $\frac{3}{4}$ -1.

Similis *lacertellae* sed minor; abdomine ad latera non rufo-



maculato, segmentis postice linea albida marginatis, et praecipue pedibus totis cum femoribus flavidis.

Alae ut in praecedente venosae, et antennae omnino flaviorescentes non nigro-marginatae etc.

Non frequens in agro parmensi.

---

Gen. X. ANTHOPHILINA *Zett.*

*Anthomyza* (prtm.) *Fall.*

*Leptomyza* *Macq.*

*Agromyza* *Mgn.* (prt.) *Opomyza* *Mgn.* (prtm.).

Alae angustae sat longiores abdomine: vena prima duplicem a basi ad medium et ultra, brevi, et vix ad quartam vel quintam partem costae producta: vena costalis usque ad apicem venae quartae longitudinalis in margine decurrente: tertia et quarta parallelis usque ad apicem; sexta abrupte abbreviata.

Venula transversa exterior magis distans ab intermedia quam a margine posteriori alarum.

Areolae basales ambae completae.

---

Species observatae.

A. Pedes saltem partim nigricantes. •

B. Pedes omnes et toti nigro-fusci.

Sp. 1. *cinerella* Hald.

BB. Pedes partim tantum nigricantes.

C. Pedes lutescentes femoribus omnibus fusco-griseis.

Sp. 2. *grisea* Fall.

CC. Pedes quatuor posteriores toti vel fere toti flavidi, anticis late nigris.

D. Tibiae ut tarsi pedum anticorum nigrae, femoribus propriis basi anguste flavidis.

Sp. 3. *frontalis* Fall.

DD. Tibiae anticae nigrae basi anguste flavicantes, tarsi propriis

basi nigris apici flavidis: femora quatuor posteriora apici anguste nigricantia.

Sp. 4. *armillaris* n.

AA. Pedes toti et omnes flavescentes.

E. Corpus nigrum vel nitens, vel opacum subgrisescentis.

F. Corpus nigro-nitens; abdomen basi paulo rufescente.

Sp. 5. *flavipes* Stgr.

FF. Corpus nigricans sub-grisescentis; abdomen basi non manifeste rufescentis.

Sp. 6. *gracilis* Zett.

EE. Corpus totum luteo-testaceum.

Sp. 7. *pallida* Zett.

Observ. et Diagn.

Sp. 1. A. *cinerella* Halid. Long. mill.  $1\frac{3}{4}$ .

Ab omnibus congeneribus faciliter dignoscenda, pedibus totis nigricantibus: praeterea, corpus fusco-grisescentis, fronte antice late flavida, et antennis inferne rufescentibus. Halteres albi.

Olim exemplar in Hybernia captum a Cl. amico Haliday acceptum.

Sp. 2, *Grisea* Fall. Mgn. Macq. Zett.

Fusca, canescens, puberula, caput inferne albicans, fronte antice late rufescente: antennae flavae. — Halteres albi. Pedes fulvescentes, femoribus omnibus late fuscis.

Alae limpidae, venula transversa intermedia fere contra apicem sita primae longitudinalis: vena costali pallida etc.

Exemplar unicum possideo in provincia neapolitana a Prof. A. Costa. lectum, et missum.

Sp. 3. A. *frontalis* Fall. Mgn. Macq. Long. mill. 2.

Fusca, griseo-cinerascens; Caput fere ut in praecedente specie, antennis pari modo fulvis, et halteribus albis; sed pedum colore distinctissima, nam quatuor posteriores toti

pallide testacei, et antici toti nigricantes, trochanteribus tantum et coxis partim fulvis.

Alae hyalinae, margine anteriore minus limpido, vena costali nigricante, et transversa intermedia sat extra apicem sita primae longitudinalis, etc.

Rarissimo lecta in collibus agri parmensis.

Sp. 4. *A. armillaris* n. Long. mill.  $1\frac{1}{3}$ .

Nigra nitida, abdomine basi paulo rufescente subtranslucida —

Frons nigricans margine antico anguste rufescente. —

Antennae subflavae; facies lutescens — Halteres sub-albidi.

Pedes dilute rufescentes, anticis tantum late nigris, scilicet tibiis totis, metatarsis, et annulo angusto sub-apicali femorum nigris.

Alae sub-limpidae, vena costali pallida, transversis ut in *frontali*.

Semel mihi orta a boletis putrescentibus in colle parmensi lectis.

Sp. 5. *A. flavipes* Staegr. Zett. Long. mill.  $1\frac{1}{3}$ .

Nigra nitida, abdominis basi paulo rufo-picea: fronte antice, antennis, pedibusque totis flavidis.

Caput inferne luteo-flavescens.

Alae sub hyalinae. — Venter pallidus — tarsi totius etiam apice lutei. Caetera ut in diagnosi Zett. VII. pag. 2696.

Europae borealis, a Cl. Staegr missa; nondum apud nos inventa.

Sp. 6. *A. gracilis* Zett. Long. mill. 2.

Fusca, griseo-cinereascens, antennis, et fronte antice late flavescens: pedibus pallide luteis, tarsis tantum apice fuscis.

Caput inferne albicans — Halteres pallide lutescentes.

Alae sublimpidae, venula transversa intermedia manifeste extra apicem sita primae longitudinalis, et magis proxima basalibus, quam exteriori etc.

Non frequenter legitur in Emilia.

Sp. 7. A *pallida* Zett. Long. mill.  $1\frac{3}{4}$  — 2.

Tota flavo-rufescens, pedibus pallidioribus.

Frons puncto fusco ocellari.

Abdomen, saltem maris, dorso plus minusve infuscato etc.

V. Diagn. Zett. VII, pag. 2702.

Europae borealis, a Cl. Staeger missa, nondum apud nos lecta.

---

## GENERUM ET SPECIERUM

---

### INDEX

- |   |   |
|---|---|
| G. AGROMYZA <i>Fall.</i> Pag. 168, 177. | sp. 16 — mobilis <i>Mgn.</i> 178, 182.        |
| sp. 1 — abiens <i>Zett.</i> 178, 182.   | — 17 — orbona <i>Mgn.</i> 179, 184.           |
| — 2 — analis <i>Rndn.</i> 179, 183.     | — 18 — pinguis <i>Fall.</i> 177, 180.         |
| — 3 — aeneiventris <i>Fall.</i> 177,    | — <i>pulicaria</i> <i>Macq.</i> (non          |
| 179.                                    | <i>Mgn.</i> ) 180.                            |
| — <i>aenea</i> <i>Mgn.</i> 179.         | — 19 — puella <i>Mgn.</i> 179, 185.           |
| — 4 — cicerina <i>Rndn.</i> 179, 184.   | — 20 — <i>pulicaria</i> <i>Mgn.</i> 177, 180. |
| — 5 — cirsii <i>Rndn.</i> 177, 180.     | — 21 — pusio <i>Mgn.</i> 179, 185.            |
| — <i>pulicaria</i> <i>Zett.</i> (non    | — 22 — reptans <i>Fall.</i> 168, 178,         |
| <i>Mgn.</i> ) 179.                      | 182.  |
| — 6 — curvipalpis <i>Zett.</i> 177,     | G. ALTICOMERUS <i>Rndn.</i>                   |
| 181.                                    | Vide ODINIA. 167, 170.                        |
| — 7 — fronticornis <i>Rndn.</i> 179,    | G. ANTHOPHILINA <i>Zett.</i> 168, 186.        |
| 184.                                    | — 1 — armillaris <i>Rndn.</i> 187, 188.       |
| — 8 — fulvella <i>Rndn.</i> 177, 183.   | — 2 — cinerella <i>Halid.</i> 186, 187.       |
| — 9 — gyrans <i>Mgn.</i> 178, 181.      | — 3 — flavipes <i>Stgr.</i> 187, 188.         |
| — 10 — incisa <i>Mgn.</i> 178, 181.     | — 4 — frontalis <i>Fall.</i> 186, 187.        |
| — 11 — lacertella <i>Rndn.</i> 179,     | — 5 — gracilis <i>Zett.</i> 168, 187,         |
| 185.                                    | 188.  |
| — 12 — lateritia <i>Rndn.</i> 178, 182. | — 6 — grisea <i>Fall.</i> 186, 187.           |
| — 13 — leucocephala <i>Mgn.</i> 179,    | — 7 — pallida <i>Zett.</i> 187, 188.          |
| 184.                                    | G. ARGYRITES <i>Latr.</i>                     |
| — 14 — luctuosa <i>Mgn.</i> 178, 181.   | V. MILICHIA <i>Mgn.</i> 167, 168.             |
| — 15 — maura <i>Mgn.</i> 177, 180.      | G. CRYPTOCHETUM <i>Rndn.</i> 167, 172.        |

- sp. 1 — grandicorne *Rndn.* 167, — 10 — parva *Rndn.* 174, 176.  
 172. G. EUCOELOCERA *Lw.*  
 G. DOMOMYZA *Rndn.* 168, 172. V. SELACHOPS. 167.  
 — 1 — anthracipes *Rndn.* 173, G. LEPTOMYZA *Macq.*  
 176. V. ANTHOPHILINA. 168, 186.  
 — 2 — articulata *Rndn.* 173, G. LOBIOPTERA *Wlbrg.* 167, 169.  
 175. sp. 1 — palposa *Zett.* 169.  
 — 3 — brevinervis *Rndn.* 174, G. MILICHIA *Mgn.* 167, 168.  
 176. — 1 — speciosa *Lw.* 168, 169.  
 — 4 — cincta *Rndn.* 173, 175. — 2 — decora *Mgn.* 168, 169.  
 — 5 — frontella *Rndn.* 173, 174. G. ODINIA *Desv.* 167, 170.  
 — 6 — luteitarsis *Rndn.* 173, — *Alticomerus Rndn.* 170.  
 175. — 1 — trinotata *Desv.* 170.  
 — 7 — nigrella *Rndn.* 174, 176. G. SELACHOPS *Wlbrg.* 167, 171.  
 — 8 — nigripes *Mgn.* 273, 175. — 1 — flavicinctus *Wlbrg.* 171.  
 — *ambigua Fall.* 175. G. THERINA *Mgn.* 167, 172.  
 — 9 — obscuritarsis *Rndn.* 173. — 1 — femoralis *Mgn.* 167,  
 174. 171.
-